

ipsa vero ad Palatium venerit, debet afferre super Altare S. Marci libras Denariorum Venetorum decem: In primo anno sui Ducatus autem debet offerre & dare pro Throno, in quo sedet D. Dux in Ecclesia, libras denariorum parvorum Venetorum decem.

*Et infra de pastibus. Sed in fine Capituli præsentis habetur pastuum correccio, videlicet:*

Correctum, quod loco dictorum pastuum singulo anno in Nativitate Domini Primicerio & Capellani Ecclesiae S. Marci dare debemus Ducatos XXV, remanentibus tamen dicto & aliis omnibus in eo contentis in sua firmitate. Præterea non nominabimus ullo umquam tempore in dicta Ecclesia aliquem Primicerium, qui non sit Nobilis hujus civitatis, & ex legitimo matrimonio natus.

¶ Questo decreto del M. C. fu aggiunto al Capitolo 101 *de honorificentiis* nel 1471, 14 Novembre, nell'elezione di Nicolo Tron. Come nel 1478, Ind. XI, Mensis Maj. fu aggiunto l'altro decreto del M. C. che il Primicerio non possa eleggersi minore d'anni XXV. Questa legge nel libro Doro, fol. 71, t. 9, si data sotto il dì 11 Novembre, perciò debbe appartenere all'elezione di Marco Barbarigo. Nello stesso anno dal libro D. f. 116, si trova decretato, *Subcanonici S. Marci sint X.*

983) *De iis, quæ D. Dux facere debet dictæ Ecclesiæ S. Marci sequitur, videlicet:*

In primis omni die Dominico debet dare duos cereos & candelabros, scilicet de octo pro libra &c. (*ut in promissione hodierna cap. 31.*) Nec debet aliquem investire Capellanum sine Primicerio & consensu duarum partium Fratrum existentium

in